



36








J. III. 36.  
a-b





Die XXI. Octobris.

I N F E S T O

S. V R S V L Æ,

& Sociarum eius.

*Omnia de Communi  
Virginum prater ea qua  
sequuntur.*

*Leet: j. Noet: de Script:  
occurrente.*

ORATIO.

*In ij. Noet: Leet: jv.*

**D**A nobis quaesumus, &  
*in Comm: Virginum.  
Duplex.*

**V**Riula, sanctitate, sapi-  
entia & pulchritudine  
insignis, filia vnica Regis  
Britanniae Christianissimi  
fuit. Quam cum Rex Ang-  
liae gentilis, idemq; po-  
tentissimus, filio suo, mis-  
sis eo solennibus nuntijs,  
vxorem expeteret; ipsa di-  
uinitus praemonita, persua-  
sit Patri, vt nuptijs consen-  
tiret, ea conditione vt Rex  
ille & Pater decem primae-  
uae aetatis Virgines, & for-  
ma & genere lectissimas  
perquirerent, & tam sibi  
quam singulis illarum, mil-  
le alias Virgines honestis-  
simas consociarent: com-  
paratisq; ad numerum ipsa-  
rum vndecim triremibus,  
inducias triennij sibi da-  
rent, ad dedicationem Vir-  
ginitatis suae, ipse quoq;  
Iuuenis sacro renouatus la-  
uacro, in fide Christi inte-  
rim instrueretur. R. Pro-  
pter veritatem.

Ad Matutinum. *Hymn:*  
**V**irginis proles, opifexq;  
Matris: Virgo quem  
gessit, peperitq; Virgo  
Virginum partes canimus  
decora

Morte triumphos.  
Hac cohors palmae dupli-  
cis beatae, sorte, dum ge-  
stit fragilem domare.

Corporis sexum, domuit  
cruentum

Cade tyrannum.  
Vnde nec mortem, nec a-  
mica mortis Mille pana-  
rum genera expauescens,

Sanguine effuso meruit  
ferenum

Scandere caelum.  
Huius ergo nos precibus  
cohortis. Expiat a peccatis  
scelerum Redemptor,

Vt tibi puro resonemus  
almum,

Pectore carnem.  
Sit decus Patri gentiaeq;  
Proles Et tibi compar v-  
triusque virtus Spiritus  
semper Deus vnus omni

Temporis aeo. Amen.

*Leetio v.*

**E**X hoc condito, Virgini-  
bus triremibus viris pro  
comitatu & sumptibus praeter  
spem celerius compara-  
tis, per triennium belli pra-  
ludia

In Feflo S. Vrsulae & Sociarum eius

Iudia, multis vndiq; ad spectaculum confluentibus, ab ipsis celebrata sunt. Tandem cum Vrsula, omnes Virgines socias suas, ad Christum conuersas, tam verbis quam exemplis, ad Castitatis, propositum erudisset, sub vnius diei noctisq; spatio, vnto prospero ad portum Galliae Tila, & inde Coloni-  
 am delatae sunt: & ex eo loco Angelicam visionem instructae, Basileam applicuerunt, relegatisq; ibi triremibus, pedestri itinere Romanam venientes, magno applausu Cleri & populi exceptae sunt, R. Dilexisti iusticiam.

Letio Gij.

**V**Bi cum per aliquot dies perlustratis diuersis sanctorum liminibus, peruigiles in Oratione, Deo ani-


mas suas commendassent, peractis votis, itinere quo conuenerant, Coloni-  
 am sunt reuersae, ab Hunnis iam vndique obsessam. Qui totam illam sanctam multitudinem, cui etiam sponsus Eleutherius se iunxerat, immaniter trucidarunt Coloni-  
 am sanguine, & sepultura eorum clariorem reddentes. Post omnes vero candidissimi exercitus Regina, dum Principi Hunnorum in Matrimonium consentire nollet, ictu sagittae transuerberata, super nobilem comitum suarum aceruum, velut caeleste margaricum cofruit.


R. Afferentur.

In iij Noct. Homil. in Euang: de decem Virgibus.

F I N I S.









3969

16

11. Sotbudia



J